



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De Eleemosyna quid sit, & qui Eleemosynas poßint elargiri. An Religiosi & filii cap. 27. 28. 29. & 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

liæ Auaritiæ sunt septem: Obduratio, Inquietudo, Fraus, Fallacia, Perjurium, violentia, & Proditio.

*De Eleemosyna quid sit : Et qui
Eleemosynas possint elargiri,
An Religiosi & Filii.
Cap 27. 28. 29. & 30.*

Eleemosyna est, opus, quo indigentia alicuius subuenitur, ex misericordia procedens. Velle enim subuenire, est misericordiae actus, & illud opus, quo talis subuentio fit, Eleemosyna nuncupatur, quæ latinè misericordia dicitur. Inferiores & famuli possunt Eleemosynas facere, in extrema & graui necessitate, de bonis dominorum, & quando expressam, vel tacitam habent superiorum facultatem. Religiosi ultra hos casus, etiam cum iter faciunt, vel student in aliqua vniuersitate,

de sibi à Prælato concessis, vel de
 iis, quæ ab aliis in Eleemosynam
 receperunt. Vxores cum domus
 habent administrationem, veletiam
 ad certum tempus, vt si vir in
 longinquas profectus est regiones
 aut aliquid possident vltra dotem
 aut aliquid suo labore lucraatur,
 vel etiam si maritus nimium, sit
 auarus, vt fecit Abigail 1. Reg. c.
 25. vel si res illa de qua faciunt E-
 leemosynam sit ipsis cum marito
 communis: nec futurum est vt
 propterea maritus incidat in ino-
 piam, vel si Eleemosyna sit modi-
 ca. Filii cum non habent bona castren-
 sia, vel in bello acquisita, aut ma-
 nent in studiorû vniuersitatibus,
 cum iter faciunt, aut habent ali-
 quod officium publicum, vt Ad-
 uocati, aut beneficium Ecclesiasti-
 cû, vel Eleemosynæ sunt tenues.
*Quibus facienda est Eleemosyna
 ex qua re. Cap 31 & 32.*